



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiæ Vanitate, qua superioris
ætatis homines, doctrinam & religionem suam
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

Sarcerius, Erasmus

Francoforti, 1541

VD16 S 1775

De Homine In genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29838

eorum restaurabitur per uirgines.

Triplici acumine scientiæ uigent dæmones. Primo subtilitate naturæ, & hoc per cognitionem uespertinam. Secundo experientia temporum. Tertio reuelatione spirituum supernorum. Primo modo intelligunt naturalia præsentia. Secundo modo naturalia futura: Tertio modo cognoscunt & uoluntaria.

Diabolus superatus in uno uicio, ipsum uictorem non potest amplius tentare de eodem uicio, sed alius diabolus potest.

Lucifer fuit de primo ordine superioris hierarchiæ, ac in illo ordine supremum gradum tenuit, cui tanquam principi de singulis ordinibus magna multitudo adhæsit, quam secū traxit.

Lucifer primum hominem tentauit, & uicit. Item Christum tentauit, & uictus est, & potestatem tunc amisit, quam ultimis temporibus recuperabit, nūc religatus in fine soluetur.

Superiores mali angeli habent prælationem super inferiores malos angelos.

DE HOMINE IN genere.

Homo ex se potest intelligere res Dei.

Homo ex se præstare potest omnia mandata Dei.

C 5

DOCTRINA SCHOLAST.

Homo ex se potest operari opera placentia Deo, et si fidem non habeat.

Hominis caro tantum non intelligit res dei perfectè, nec mandata Dei præstat, nec operatur opera placentia Deo: anima autem intelligit, præstat, & operatur, et si non fuerit regenerata.

Infra 23. a.
Supra 9. b.
Homo regeneratus tantum partem iustitiæ recipit in Christo generalem, ut autem saluus fiat, opus habet speciali iustitiæ, ex bonis operibus parata.

Homo super omnia potest diligere Deum naturaliter.

Inter homines coram Deo prerogatiua est, unde falsum est, quod quidam dicunt: sumus, fuimus, manemus coram Deo semper æquales.

Homo tam uetus, quàm nouus, inuenitur in utraq; partione, inferiori & superiori, quia secundum utranq; partionem contingit peccare & mereri.

7. a. 1. b.
Deus creauit hominem de limo terræ per ministerium angelorum.

Hominem oportuit creari ad imaginem dei non angelos, quia homo habet conuenientiam cum Deo intus & extra, quod angeli non habent. Sicut enim à patre filius procedit, sic ab homine homo eiusdem naturæ: Præterea sicut Deus prælatus est omnium in suo uniuerso

Infra 22. b. 23. a. so